



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

Quod incessus hois debeat esse puidus et co[m]positus. ca. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

affectus, vnde pudicitiae sponsus Iesus facili-
citer potest offendi.

V. Omni tēpore cauebis ne in ijs quæ ad deuotionem extrariam, vel ad communem spectant Dei cultum inter cæteros sis singularis, maximè tamen in publico. Neq; enim id multū cōfert ad veram pietatem, sed nec magnoperè prouehit deuotionem internā, magnam verò occasionē præbere potest vanæ gloriæ, & plerunque etiam multā habet hypocryseos noxam sibi coniunctam, dum quis propter id religiosior haberi cupit quā re vera sit. At in virtutibus sublimiorib; vt in amore in deuotione animi, in beneficētia in humilitate, in tollerātia & huiusmodi alijs summis nisibus studebis peculiariter esse insignis: nec ob cuiusquā obloquutiones isthuc tuū studiū aliquādo remittes. Nemo enī gloriose coronabitur in regno cœlesti, nisi qui singulariter virtutibus fulserit in regno terrestri.

Quod incessus hoīs debeat esse puidus et cōpositus. ca. 8.

Necessum est præterea hominem promouere cupientē prouidū atq; cōpositū esse in omni suo incessu, non solū vt hac in re decentē seruet modū, verū etiā vt in eūdo sit prouidus, ne videlicet quoquā nisi quò vocat necessitas, se recipiat, alias verò semper quantū fieri potest quietē querat.

R iij

Con-

Vide Spec.
mon. in op
Ber.

DE PROBITATE

Incessus de
cens.

Congruus incedendi modus in hoc situs est, si incessus nec sit præpoperus, qualis est cursorum, nec lentus, qualis esse consuevit ignauorum & somnolentorum: ad hæc si incedatur non erecta ceruice, non obstipato capite non capite concusso, non corpore, brachijs, aut lateribus alternatim retortis, non gradu duplicato, qui mos est splendidè nutritorū caballorum, sed gradu medie inter celerem & tardum temperato. Quippe incessus tardus argumentum est superbiæ, incessus vero præpoperus speciem præfert leuitatis, aut inquietudinis. Quinimo impetuofus ille ad rem aliquam procursus, quasi alias nunquam tempestiue ad eam perueniendum sit, magnum præstat internæ quietis & tranquillitatis animi, & spiritualis cum Deo vnionis impedimentum. Videndum tamen semper quid requirat necessitas vel ratio, festinum ne incessum an tardiusculum. Semper vero & ubique quantum fieri potest contendendum tibi, vt siue in motu siue in quiete Deo possis per contemplationem adhærere, ne forte iacturam aliquam incurras diuini amoris seu spiritualium donorum, quæ facile consueuerunt amitti. Proinde cauendum, ne quis gressum sibi fingat imitatitium, quod is facile deprehendi possit non aliunde proficisci quam

ei quam ex affectu placendi huic mūdo, aut
 ab arrogantia, aut hypocrisi: quemadmodū
 hoc ipsum testatur sapiens dum ait. Ex visu
 cognoscitur vir, & ab occurſu faciei cogno-
 scitur ſenſatus. Amictus corporis, et riſus dē
 tium, & ingreſſus hominis enunciat de illo.
 Per ea enim quæ foris exhibentur, ſiue eade
 cora ſint, ſiue indecora, facile perſpicit vir
 cordatus quid intus geratur in animo. Iam
 quod ad prouidentiam attinet ipſius inceſ-
 ſus, ſollicitè ſemper proſpicere debet, quo
 quis ſeſe recipiat, quo ſpectet, quæ cauſa im-
 pellat, quale hominum genus adeat, qualeis
 habiturus ſit comites. Horum omnium atq;
 aliorum ſimilium rationem inire debemus,
 primum ne de nobis dicatur, qđ habet ſcri-
 ptura. Viam pacis neſcierunt, & non eſt iudi-
 cium in greſſibus eorum, deinde propterea
 quod Deus diligentiffimus ſit explorator
 noſtrarum omnium tum cogitationum tum
 actionum, dinumerans (ſicuti teſtatur Iob)
 greſſus noſtros tam bonos quam malos, ob-
 ſeruanſq; omneis ſemitas noſtras, et veſtigia
 pedum noſtrorum conſiderans. Præterea cū
 geſtus omnes extrarij ex corde proficiſcan-
 tur tanq̄ ex quodam fonte ſeu radice, vnde
 ſecum vel bonitatem trahunt, vel prauita-
 tem: æquiſſimum eſt, vt quiſq; in omni ſua
 actione

Eccle. 19. d.

Inceſſ. pro-
nidus.

Ieſa. 59. b.

Iob. 14. d.

34. c.

Iob. 13. d.